



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De mixtura figuram, cum loco enumerationis, & quibus ornamentis amet  
vestiri. Capvt XXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

emptas, in quibus ipsa illa, quæ lucet varietas, subditis medicamentis in similitudinem veræ coloratur. Video istic mensas, & astigmatum lignum senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torcit. Video istic crystallina, quorum accedit fragilitas pretium. Omnim enim rerum voluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet pretio, crescit. Video murrhina pocula. Parum scilicet luxuria magni fuerat, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se propinarent. Video uniones non singulos singulis in auribus comparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se, & insuper alijs binis superponuntur. Non satis muliebris infania viros subicerat, nisi bina, aut terna parimonia auribus singulis pendissent. Video sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut deinde pudor possit: quibus sumptis mulier, parum liquidum nudam se non esse iurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accerterunt, ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem, plus suo in cubiculo, quam in publico ostendant, &c.

Parum igitur, si dixisset, video luxum humius ciuitatis profusissimum, singulas partes, & adiuncta luxus excutit, unde vis, & amplitudo huius orationis. Sed Nonnus Dionys. 4. Cadmi pulchritudinem à singulis partibus colligit.

Oīdα ἐγώ παλαιύινος ρόδοδάκτελον, Εἴδον  
διαστάνου.

Ηδὲ μελισάγγαρον, ἐρωτόκχον προσέ-  
πτον.

Ως ρόδα φονιοντα παρηδεσ, ἀκροφαῖ-  
δε.

Διχρονούστον δημαρπύσεται ἵχυα ταρ-  
σού.

Et cætera, quæ in thesauro Græcœ poëcos attuli, & interpretatus sum.

Longè alio modo Lactantius, Dominice crucis acerbitatem à singularum partium cruciatu exaggerat.

Vires ad ut que pedes me lustra, en affice  
crines

Sanguine concretos, & sanzu' nolenta subi-  
psis

Colla comis, spinisque caput crudelium bas-  
sum.

Vndique diuina pluies viuum super ora exco-  
rem,

Compressos speculare oculos, & luce caven-  
tes,

Afflitasque genas: arontem suspicie lin-  
guam,

Felle venenatam, & pallantes funere vul-  
sus,

Cerne manus clavis fixas, tractosque lacer-  
tos;

Atque ingens lateri vulnera: cerne inde flue-  
rem

Sanguineum, fessosque pedes, artusq; cren-  
tos.

Flebile genu, lignumq; Crucis venerabile s-  
dora.

Non alio loco Seneca direptionem viribus Sen. L. 7. 4.  
benef. 2. 5.  
amplificat. Vires in consilio sunt, velut signo  
ad permiscenda omnia dato, non igni, non  
ferro abstineretur, soluta legibus scelerata sunt,  
ne religio quidem, quæ inter arma hostilia  
supplices textit, villum impedimentum est ruen-  
tium in prædā. Hic ex priuato, hic ex publico,  
hic ex prophano; hic sacra rapit, hic effringit,  
hic transilis; hic non contensus angusto itinere,  
ipsa quibus arcerit, euerit, & in lucrum rui-  
nam vertit; hic sine cæde populatur, hic spo-  
lia cruenta manu portat, nemo non fert ali-  
quid ex altero: & Hieron. epist. lib. 1. de se-  
ne centenario. Oculi puro lumine vigent, pe-  
des imprimit certa vestigia, auditus penetrabilis,  
dentes candidi, vox sonora, corpus  
solidum, & succi plenum: cani cum rubore  
discrepant, vires cum atate dissentunt. Non  
calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtu-  
dit, Non contractam rugis faciem arata frons  
exasperat. Non denique tremula manus per-  
curnos ceraæ asperges errantem stylum du-  
cit.

Quid moror? omnes fermè descriptiones  
& amplificationes hunc locum includunt.

De mixtura figurarum, cum loco enumera-  
tionis, & quibus ornamenti a-  
met vestiti.

### CAPUT XXXII.

N Eque verò satis est huius loci vim nos-  
se, & oportunitatem, nisi intelligas,  
quibus temperari debeat coloribus, quibus  
ornamenti excitari.

Amæ

A mat igitur imprimis tractari per anaphoras, quod exemplum Senecæ superius allatum satis indicat. Addam & aliud, ex quo facilè quisque dicere poterit, quo artificio longior partium enumeratio tractanda sit, ut bladus, & alacrus influat (Alius libidine insanit, alius abdomini seruit, aliis lueri torus est, aliis cœca ambitione in gladios rucente) Iam, ne regium afferat eadem vox nimos repetita inmutat. (Adiice torporeni mentis, ac senium, & huic contrariam inquieti pectoris agitacionem, tumultusque perpetuos; adiice astimationem sui nimiam, & tumorem, ob quem conteundens est, insolentem (iterum variat) Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid levitatem semper aliò transfluentem loquar? ( nec satis ) Huc accedat temeritas præcepit, & nunquam fidele consilium daturus timor, & mille errores, quibus voluntur, Audacia tumidisimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, incertissimi fidere, fastidire possessa, qua consequi posse spes non fuit.) Hęc optima variādī ratio.

Alius ornandi modus est per distributionem, cum unaquæque-enumeratarum partium suo proprio verbo concluditur.

Sic eleganter Cyprianus de laude martyris. Si iustus es, & Deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis, quem pro te toties passum esse cognoscis? in Isaia sectus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Joseph venudatus, in homine crucifixus. Tum disertissime Augustinus de laude Charitatis. Charitas in Abel per sacrificium læta, in Noe per diluvium secura, in Abraham peregrinatione fidelissima, in Moysè inter iniurias lenissima, in David tribulationibus mitissima, in tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabæis sequos ignes innocenter tolerat, casta in Susanna supra virum, in Anna post virū, in Maria præter virum, libera in Paulo ad argendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum.

Tertius modus est per subiunctionem, cum qua huic loco frequens, & penè necessarium commercium, maximè cum obiectiones remouendæ sunt. Sic Cicero in oratione de provincijs Consularibus. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in provincijs commorari velit? amoenitas eum, credo, locorum, virium pulchritudo, hominum, nationumque illarū humanitas, & lepos, victoriae cupiditas, finium

Imperijs nostri propagatio retinet. Sic per subiunctionem causas omnes exponit.

Deinde ad singula responderet, seruato eiusdem ordinis tenore. Quid illis terris asperius? quid incultus oppidis? quid nationibus immanius? quid porrò tot victorijs præstabilius? quid Oceano longius inueniri potest? An redditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum, à quo missus est, an ad Senatum, à quo oratus est, an dies auget eius desiderium? an magis oblivionem? an laurea illa magnis periculis parta, amitterit longo intervallo validitatem?

Quartus per congeriem, cum qua magnam haberet affinitatem, cum præsertim utrumque ad amplificationem sit natum.

Huiusmodi est ex prima Catilinaria exemplum.

Quid enim Catilina est, quod tecum in hac urbe delectare possit: in qua nemo est, extra istam coniurationem peccatorum hominum, qui te non metuat? nemo qui te non oderit? Quæ nota domestica turpitudinis non inusta vita tua est? quod priuatarum regum dedecus non Cic. inuest. 1. in Catil. hæret in fama? quæ libido ab oculis? quod flagitium à manibus? quam tuis? quod flagitium à totó corpore absuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebros irrecifses, non ad audaciam ferum, aut ad libidinem faciem præculisti. Quid vero nuper, cum more superioris vxoris nouis nuptijs domum vacuam fecisses, nomine etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod e o prætermitti, & facile patior fieri, ne in hac ciuitate tati facinoris imanitas, aut extirsse, aut non vindicata esse videatur; prætermitto nimis fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, quæ non ad priuaram ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem, ac turpitudinem, sed ad sumam, atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Ita congeriem malorum, que Catilinam parvum impeditum, atque obstratum tenent, partim etiam illi minantur per partium congreuam enumerationem exprimit, & Julianus Imperator compendio syntagma Libanij commendans, omnes virtutes confertas colligit. partiū enumeratione συναθροισμὸν includēs Ωλός, οἱ ὄφεις, οἱ σύνεσις, οἱ διάγετις, οἱ πίχερματα, οἱ τάξις, οἱ ἀρρωτοὶ, οἱ

Cyp. de  
laud. mar.  
try pag.  
459.  
Ang de  
land. chari  
tatis.

Cicero de  
provinc.  
Consula.

Ἄρχεις, ὡς ἀρχοντία, ὡς στυλίκη.

Longum esset omnia reconsere, satis fuerit dixisse hunc locum ad omnem amplificationem esse accommodatissimum, & ad tractationem, ornatum, & illustres figuras desiderare.

### DE NOTATIONE NOMINUM.

An nomina sint naturae cœlestis?

Confutatur Zoar, & Rabbini.

C A P V T XXXIII.

**N**obilissimam quæstionem, atque inter principes Philosophos discepulib[us] sententijs agitata[m], hic locus obiter excutiendā monet. Si enim quod à Platone dictum est, nomina sunt à natura, tantò plus autoritatis nominum notatio apud quosque sapientes habitura est. Quia in re nugarior[um] sunt docto[rum] Hebreorum sententiae. Nam (vt cetera omittam) qui de his ipsis arcani fabulosissime conscriptus est liber Zoar, Adamum referi, cum nomina rebus imponeret, magnā ex ea, quā florebat rerum scientiā adhibuisse religionem. Literas enim non quascunq[ue] tumultuariē arripuit, sed eas inquisivit, quæ tactus, & influxus syderum, terdenominandæ ministerio, iam ab æterna mente destinatorum, significarent.

Addit præterea mūdum ex viginti duabus literis esse confatum, quarum tres tribus elementis, duodecim, Zodiaci signis, septem etiam errantium stellarum orbibus sunt accommodatae. Has verò ultimo loco numeratas duobus modis pronunciari, acuto scilicet, & remissioi sono. Cum planetas significant in suis domicilijs constitutos, liquidius, & sonantius efferventur, quod tunc ipsarum stellarum sit vis acrior, & impetus concitatior. Quod si eisdem, ab ijs, quas assignant Astrologi sedibus peregrinantes planetas exhibere volunt, literas mollius, & languidius pronuntiant, quod res ipsas viribus destitui, & emortuo veluti vigore tabescere dictent. Iam verò literas corporas rerum creatarum partes designat, quod sine voce sint, & quasi intermortua, puncta verò ijsdem affixa, quæ apud Hébreos vocalium instar obtinent, formarum sunt imagines, quibus materia suopre megalō, languida excitatus, & animatur. De-

nique ad integrum totius perfectionem adduntur accentus, qui eas, quas Physici operatiu[s] nominant formas exhibent. Ex quo, qui Hebraica (vt aiunt) nomina liquide, & accuratè pronuniat, cœlestis, & inferioris mundi œconomiam depingit. Hæc Rabbiorum commenta, quæ ab ijs esse conficta non miror, sed à viris doctis hæc magni fieri & curiosus inuestigari, hoc admiratione magis dignum est. Vigenerius certè istas, & alias huiusmodi fabulas, in suis characteribus commemorat, quas non confutat, sed tamen refellere non est adeò operosum, cùm ipsæ meliusissimo iœtu impulsæ corruant. Mitto enim, quod hunc syderum tactum inducant, qui Astrologi multarum inceptiarum, atque ipsiusmet impietatis fundamentum esse solent; Vnde hoc didicit Zoar astrorum influxus à certis literis significari, quas Adam cuius nomini, secundum variis syderum aspectus commendauit?

Quidigitur, cùm tantum septem literæ planetis inserviant, quos in hæc inferiora potissimum influere volunt, ex ipsis septem literis omnia confessim nomina coalescere oportebit. Sed fingamus nouendecim literas cœlo tribui, & ad significandos syderum variis influxus assunquam igitur ceteræ, quæ istam stellarum vim non significant, à nominum compositione perpetuo exultabunt. Si quidem eas tantum inseri oportet, quæ cum cœlo, & syderum tactu commercium habeat. Deinde, cùm fermè omnia ex tribus radicalibus literis apud Hebreos sint conflata, tunc igitur tantum syderum aspectum patientur omnia, cetera erunt otiosa. Iam, cùm ijsdem prossus literis consistent nomina, non modo diuersæ, sed contrariae prossus significacionis, aut res eisdem natura esse oportebit, aut certè inanis istorum astrorum influxus שׁ apud Hebreos significat sanctum esse, id ī mundū esse. Vnde קָרְשִׁין Hosie 4. vers. 14. dicuntur esse minari, & catamiti. Iā quero à Zaore, qui fit, vt cùm eadem sint literæ, & ijdem syderum influxus ipsis literis illigati, res tamen inter se dissimillimæ sint, vt una sancta sit. Altera omni execratione dignissima.

Postremò, quid literatum nobis mundum fabricat? cur tres tantum literas elementis tribuit: Quartum, aut nullum erit, aut inique: cum illo actum erit, cui nulla commoda fuit literula. Denique aut ante ipsis lite-

Inspicio  
Zoaris.

Zoaris op:  
prio.